



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 10. An licet dare vel accipere temporale ob functionem aliquam
spiritualem, v. g. Missam, concionem, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

at accessorium naturam principalis sequitur, ex Reg. Jur. 42. in 6. Accessorium naturam sequi congruit principalis. Ergo cum principale vendi nequeat sine simonia, ita nec accessorium. Quare simonicum est vendere, vel emere jus percipiendi redditus Ecclesiasticos annexum Officio spirituali, aut jus vivendi de bonis Monasterii annexum professioni.

Q. 10. An licet dare vel accipere temporale ob functionem aliquam spiritualem, v.g. Missam, cationem, &c.

Resp. I. Certum est non licere dare, vel accipere temporale præcisè pro aliqua functione spirituali, vel labore ei intrinseco, nam hoc est simonicum jure divino. Item non potest accipi pretium præcisè pro obligatione ad spiritualia præstanta: quia obligatio ad spirituale est quid spirituali annexum, & ad illud per se ordinatur, sanguine estimationem ab illo accipit. Hinc Cantoribus Conductitiis, & Musicis non licet stipendium accipere, ut pretium sui obsequii, sed solum titulo sustentationis honestæ: nam eorum Officium ordinatur ad cultum divinum, nempe ad Laudes Dei canendas, & fidelium devotionem excitandam.

Resp. II. Licet temporale dare, & accipere

pere per modum sustentationis cum obligatione, ut fiat spirituale, v. g. celebrentur Missæ, administrentur Sacra menta, &c. Quia 1. ita habet praxis recepta in Ecclesia 2. Conc. Constantiense Sess. 8. damnavit hunc articulum Wicleff. *Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus.* 3. Tunc darur solum pecunia ad sustentationem Ministri, sub conditione spirituale praestandi, non ut ejus pretium. At sic dare, ideoque accipere licitum est, imo & justum, nam iis, qui Ministrant populo spiritualia, debetur ex justitia sustentatio, dignus enim est operarius cibo suo. Matth. 10. Et vero naturalis justitia exigit, ut ei, qui in alterius gratiam & commodum occupatus est, & se privat facultate vacandi rei sibi lucrosæ, sufficiens sustentatio speccato statu personæ suppeditetur, ex I. Cor. 9. *Quis militat suis stipendiis unquam?* &c. Nihilominus ea gratis Ministrant, quia non exigunt quidquam tantum Ministerii pretium, hoc enim tantum majus omni pretio gratis praestant. Sed ut hoc gratis praestent, requirunt necessariam sustentationem à populo, & licet exigunt id quod auctoritate publica, vel consuetudine approbata constitutum est in sustentationem Ministri. Unde licet accipere aliquid pro sustentatione secundum approbatam consuetudinem ad Missas pro ali-

aliquo celebrandas, ad conciones non debitas ex Officio, &c. Imò gratis spiritu-
libus prius exhibitis licite possunt statuta
& consuetæ oblationes & quicunque alii
proventus exigi à nolentibus, & valenti-
bus solvere, auerterate superioris inter-
veniente. Ait S. Thom. 2. 2. q. 100. a. 3.

Non licet tamen quidquam exigere eti-
am à divitibus titulo sustentationis ad le-
pulturas, exequias, Benedictiones nubenti-
um, administrationem Sacramentorum,
&c. Per horum spiritualium subtractionem.
Nam hoc graviter prohibit Conc.
Gener. Later. 3. cap. 7. & Later. 4. cap. 66.
*Hoc enim haberet quandam venditionis
speciem.* ait S. Thom. Sup.

Q. II. *An est simonia saltem mentalis
prestare aliquid spirituale principaliter,
propter temporale taxatum, vel sponte
oblatum v. g. recitare Officium
principaliter propter re-
tributionem, &c.*

Resp. Aff. Ita multi præsertim Canoni-
sti. Quia intentio principalis obtinendi
temporale per spirituale tanquam per me-
dium, est simoniaca; nam tunc temporale
moraliter loquendo se habet æquivalenter
ut pretium, & expeditur loco spiritualis.
Deinde ratio simoniæ in hoc præcipue
consistit, quod moralí agendi modo res

spi-